

Ius vel levissimâ culpâ damnum contigerit. Quoad periculum ita tenerit Petr. Barb. num. 30. nam ut ille ait, cùm res sint dotales, & dos inæstimata, uxor debet esse damnum, vel commodum ex natura contractus, l. Plerumque 11. de jur. dot. Faciunt notata num. 20. Quoad aliud, scilicet mari- tum ex levissima culpa teneri, vide tradita suprà, num. 10. & 20.

Ibi: Facta simpliciter aestimatione.

- 26 Quoties sic contrahitur, ut res dotales soluto matrimonio restituantur, semper subintelligitur, habita ratione augmenti, & diminutionis. Greg. Lop. in l. 19. gloss. 2. tit. 11. p. 4.

Vers. Quod si hac.

- 27 Lex 18. aut 19. tit. 11. p. 4. quæ adducitur, nobis favet ad excludendam opinionem Castrensis, & sequacium; nam dum dicit constitutio, mari- tum teneri propter culpam, accipi debet ita, ut le- vissimam non comprehendat; nam quoties in lege culpæ fit mentio, de levi intelligitur, que inter la- tam, & levissimam medium tener. Alciat. in l. Magna negligentia 226. num. 2. de verb. sign. & in l. Rogasti. num. 11. si cert. petat. Osvald. lib. 16. cap. 7. lit. Q. Petri. Greg. Synt. agm. lib. 21. cap. 11. num. 4.

Ad Num. 5.

- 28 Cùm res pretio convento in dotem dantur, ita ut marito elecção relinquatur easdem, aut æstimatione, soluto matrimonio restituere, dos inæstimata permaneat, cùm tacita venditio non contrahatur. Molin. num. 13. Trentacinq. num. 25. Fontanell. num. 64. Menoch. n. 20. Merlin. num. 18. Joseph. Ludovis. comm. opinion. tom. 3. tit. de jur. dot. concl. 10. tit. 4. Pro quibus facit quod venditio non valet, si in arbitrium unius ex contrahentibus conferatur, l. In vendentis 13. C. de contr. empt. Greg. Lop. in l. 9. gloss. 2. tit. 5. p. 5. Surd. decis. 114. a princ. Ant. Gom. variar. lib. 2. cap. 2. num. 19. Et cùm viro liceat res dotales reddere, vel pretium, ab ipsius voluntate venditio pender. Contrarium tamen defendit, sic judicatum testatus Maltrill. decis. 194. ubi nostrum Presidem pro sua allegat sententia, qui planè prius asseverat, per præfamat conventionem contrahi emptionem, ac deinde subjicit, propriè non esse talen, quia damnum deteriorationis ad mulierem spectat. Sed sustinendo Mastrilli opinionem potest responderi, hoc provenire ex pacto præter naturam emptionis, qua partium conventione in contractibus potest immutari, l. Contractus 23. de reg. jur. & quod de contractu emptionis in arbitrium mariti collato obiectebatur, eliditur; nam contractus non est re- dictus libera voluntati mariti, quia statim mansit obligatus ad dotis restitutionem: sed solutio pre- tium in ipsius elecctione fuit posita, ut pecuniam, vel res dotales quasi in solutum redderet.

Vers. Sed in loco quarto casu.

- 29 In casu proximè praecedenti, si res dotales perierint etiam casu fortuito, maritus tenetur ad estimationem. Fontanell. ubi proximè, Merlin. num. 21. Sed quare vir tenerit de extinctione do- talium, & non ex deterioratione inculpabili, ut

teneret Mastrill. num. 3. post D. Covar. hic, nemine refragante; Hoc provenit ex natura obligationis alternativa; nam quoties unum ex promulgari non potest, alterum omnino debetur, l. Non ur- que 3. ff. de eo quod corr. loc. l. Si in emptione, §. Si emptione, ff. de contr. empt. Cum igitur vir res dota- les, aut pretium reddere spondet, illis peremptis, hoc precisiè debet. Fontan. num. 68.

Ibi: Posse in hac specie maritum.

Vir ita, ut proximè assertum est, obligatus, poterit dotalia etiam in vita uxori alienare. Molin. ubi proxime, Surd. consil. 225. num. 2. Fontan. sup. n. 18. vers. Fallit id quod, & claus. 7. glos. 3. part. 13. num. 15. Hermos. in l. 22. gloss. 5. num. 28. tit. 5. part. 5. Sed nisi genus ex- solvat, æstimationem praestare compellitur juxta tempus restitutionis. Ant. Gom. & Molin. ubi proximè, licet tempus traditæ dotalis inspicendum opinetur Merlinus. Similiter si res talis sit, ut servando servari non possit, et si non æstimetur, marito queritur, cuius est periculum, ut cam valeat absque uxoris consensu alienare. Greg. Lop. in l. 21. gloss. ult. tit. 11. p. 4. Guttier. num. 6. Hermos. num. 29.

Ibi: In dubio quoties in contractus.

Sed si absolute pacificatur, ut conjugio separato, res dotales reddantur, aut pretium, marito electio est, ut quod placuerit restitut. l. 19. tit. 11. part. 4. ubi Gregor. Lop. gloss. 2. Molin. & Merlin. ubi proxime, Tusch. lit. E. conclus. 672. num. 11. Fontan. d. gloss. 8. part. 13. num. 67. regulariter enim in alternativis electio est debitoris, nisi aliud exprimatur, d. l. Non utique, d. §. Si emptio, l. Plerumque 11. §. fin. de jur. dot. Gloss. in l. Quidam testa- mento 99. §. Si tibi, de legat. 1.

Ibi: Quod si electio rerum.

Si expressim conveniat, ut uxor soluto confor- tio res dotales, aut æstimationem repeatat, emptio contracta per æstimationem non videtur. Tusch. num. 37. Merlin. d. quest. 19. num. 15. Fontan. ubi proxime, num. 66. quicquid scriperit contraria Surd. d. consil. 225. num. 1. quem referit Hermos. sup. n. 25.

Ibi: Tunc maritus, matrimonio constante.

In casu proximo maritus absque uxoris con- sensu dotalia alienare nequit. Molin. d. dis. 426. num. 13.

Vers. Quinto, si mentem.

Maritus compellitur integrum pretium solvere rerum dotalium, quas æstimatas accepit, etiamsi per usum uxoris extinguantur, aut deteriores fiant, velut vestes, l. Mortis sua 54. §. Res in dotem, de donat. int. Tusch. d. concl. 672. num. 4. Cujac. lib. 4. respons. Papin. in d. §. Res in dotem, Trentacinq. variar. lib. 3. tit. de jur. dot. resol. 1. num. 21. Petr. Barbosa in l. Aestimatis. num. 5. ff. solut. ma- trimon. ubi limitat si invito, vel ignaro marito, uxor dotalibus utatur, ut habetur in d. §. Res in dotem: sicut è contrario, si maritus uteretur rebus inæstimatis dotalibus in proprium earum usum, & per hoc perirent, aut deteriorarentur, ad nihil teneretur, nisi culpa intervenerit. Ant. Gom. in l. 50. Taur. num. 44. in fin.

Apud nos ex generali consuetudine damnum contingens in rebus in dotem datis refarcitur, si tempore dissoluti confitii bona eo constante lucrata superfint; quod fallit si culpâ mariti id eveniat. Greg. Lop. in l. 18. gloss. 3. & 8. tit. 11. part. 4.

Ad

Ad Num. 6.

- 36 Res pondere, numero, aut mensura consistentes, si marito dotalis causa simpliciter tradantur; actum intelligitur, ut in illum dominium transferatur cum onere restituendi, soluto matrimonio, tantum- dem ejusdem generis, & qualitatis. Molin. de juf. & jur. tract. 2. dis. 426. num. 3. Ant. Gom. in l. 50. Taur. num. 43. Menoch. d. pref. 74. num. 11. Guttier. de juram. confirmat. part. 1. cap. 1. num. 7. Merlin. sup. num. 74. Mantic. d. tit. 28. num. 21. Castill. de usufructu. cap. 4. num. 14. Fontanell. d. claus. 5. gloss. 8. part. 13. num. 4. Hermos. in l. 22. gloss. 5. num. 28. tit. 5. part. 5. Sed nisi genus ex- solvat, æstimationem praestare compellitur juxta tempus restitutionis. Ant. Gom. & Molin. ubi proximè, licet tempus traditæ dotalis inspicendum opinetur Merlinus. Similiter si res talis sit, ut servando servari non possit, et si non æstimetur, marito queritur, cuius est periculum, ut cam valeat absque uxoris consensu alienare. Greg. Lop. in l. 21. gloss. ult. tit. 11. p. 4. Guttier. num. 6. Hermos. num. 29.

Ad Num. 7.

- 37 Si instrumento exprimatur dotem æstimatam tradi, sed de æstimationis quantitate nullatenus apparetur, dos inæstimata reputabitur. Merlin. de pign. lib. 2. quest. 19. num. 106. Mantic. num. 22. Fontanell. num. 52. Trentac. num. 16. Hermos. num. 20. Idem post disputationem in fine hujus numeri tener D. Covar.

Vers. Nam quod attinet.

- 38 Ad intellectum legis Quidam 96. §. Si tibi servus, de legat. 1. consulas Cujac. in ea, lib. 39. Digestor. Juliani, qui sentit, ibi certam quantitatem reliquit; nam verba illa, Usque ad pretium servii, non sunt testatoris, sed Consulti: unde non propter incertitudinem legatarius pecuniam solvere non cogitur fideicommissario, sed quoniam sicut per mortem servi privaturo commodo legati, ita fideicommissi onere manet exemptus, ex regula legis Ab eo 9. C. de fideicommiss. Ita Cujacius.

Ibi: Quamobrem succedit conclusio.

- 39 Debitor quantitatis respectu certæ speciei, quam præstando liberaretur, hac extincta ad nihil tene- tur, l. 1. §. fin. ff. Si cui plusquam per leg. Falc. l. Si servus communis 63. ff. de furt. Bart. in l. quod te mihi, num. 4. ff. Si cert. petat. Jafon, ibidem, Morl. Emp. Jur. tit. de reb. cred. quest. 11. num. 2. Cancer. variar. p. 3. cap. 1. num. 183. Molin. dis. 199. num. 2. Anton. Gom. variar. lib. 2. cap. 2. num. 22. Guttier. Practic. lib. 2. quest. 136. num. 2. Matienz. in l. 1. gloss. 8. num. 30. tit. 11. lib. 5. Recop. Hermos. in l. 34. gloss. 3. num. 4. tit. 5. p. 5.

Vers. Eadem ratione.

- 40 De lege Vir uxori 8. de dor. preleg. videndum Cujac. lib. 7. respons. Papinian. ubi ait, ideo legatum pecunia mulieri præstandum, quia certa quan- titas erat pro mancipiis reliqua: alioquin si dotem testator legaliter, servis dotalibus defunctis nihil deberetur. Verum ea lex ad rem, de qua agitur, nequaquam attinet.

Vers. Sed huic septima.

Resolvit tandem D. Covar. in quæstione de qua 41 suprà, num. 37. quod ibi assertum est, sentiens proper incertitudinem pretii dotem inæstimata cenfiri: at in contrarium urget, quod objicitur de dote tradita ex pacto, ut per arbitrios dotalium fieret æstimator quæ præmissa est, quam dotem æstimatam haberi, nofer Präful anteà nos docuit. Et licet diversus sit casus, differentiae tamen ratio nulla reperitur; nam sicut emptio vitiatur per pretii incertitudinem, sic etiam fit irrita, cùm arbitrii per contraries electi rei venditæ pretium non constituant, l. fin. C. de contr. empt. Si igitur in uno casu favore dotis sustinetur, ut ipsa ceu æstimator habeatur, cur non in alio, quandoquidem quod effectum uterque idem sit.

Præterea ubi manifesta appetit voluntas dote 42 constituent, quod æstimatoram eam tradi voluit, alteri nequit penes maritum perfistere, nempe non æstimator, cùm actus ultra intentionem agentis operari non debeat, l. Non omnis 19. si corr. petat. His convenienti tradita suprà, num. 4.

Ad Num. 8.

Dotis æstimator facit emptionem, licet maritus 43 tempore traditionis inopia labore, ita ut func pretium taxatum perfolvere non valeat. Menoch. d. pref. 74. num. 22. Merlin. de pignor. lib. 2. q. 19. num. 85. Joseph. Ludovis. Peri. decis. 89. n. 14. Trentacinq. variar. lib. 3. tit. de jur. dot. resol. 1. num. 17. Roland à Valle consil. 92. num. 23. Fontan. sup. claus. 5. gloss. 8. part. 13. num. 76. Castill. de usufructu. cap. 4. num. 8. Petr. Barbosa in l. Aestimatis. num. 26. solut. matrim.

Contrariam sententiam ceu communem susti- 44 nent Mascard. de probat. concl. 663. num. 16. Cevall. commun. cont. comm. quest. 3. num. 24. Gratian. disceptat. cap. 38. num. 34. & alii apud ipsos. Sed pro priore facit, quod per æstimationem venditio celebratur, habita fide de pretio in tempus disoluti conjugii: ideo nihil impedit egestas traditæ dotis tempore, ne dominium cum periculo transeat in virum, qui in ubiorem fortunam durante matrimonio poterit pervenire, ac suo tempus dotalium bonorum pretium restituere, ex quo uxor nullum dispendium patietur, qui subvenitur soluto matrimonio, si maritus solvendo non sit, ut illico subiectius.

Ibi: Quod mulier possit utili rei vindicatione.

Si maritus, qui æstimatoram dotem accepit, sub 45 tempore extincti matrimonii pretium exsolvere non valeat, legis ministerio rerum dotalium ad uxori revertitur dominium, ut utilis rei vendicatione eas possit repetere, sive in bonis mariti, sive apud tertium possesse reperiantur, postpositis quibuscumque privilegiatis creditoribus. Gregor. Lop. in l. 7. gloss. 4. tit. 11. p. 4. Ant. Gom. in l. 50. Taur. num. 44. vers. Quod tamen intellige. Molin. de juf. & jur. tract. 2. dis. 426. num. 10. Cevall. comm. cont. comm. quest. 3. num. 27. Fontanell. num. 28. Giurba ad consuet. Messan. cap. 15. gloss. 1. part. 1. num. 21. Merlin. num. 97. Pinel. in l. 1. part. 3. num. 15. C. de bon. matern. Ant. Fab. in suo Cod. lib. 5. tit. 7. de jar. dot. defin. 43. Mascard.

concl.

concl. 619. num. 6. Leotard. de usur. quest. 51. num. 49. Amat. resol. 49. num. 6. Trentacinq. Petr. Barbosa ubi proximè, & alii quamplures apud Hermos. in l. 21. gloss. 5. num. 32. tit. 5. part. 5. & Aug. Barbosa collect. l. in rebus. C. de jur. dot. quod etiam quoad res mobiles locum obtinet. Merlin. num. 98. Petr. Barbosa in l. 1. part. 5. num. 79. solut. matrim. Fontanell. claus. 7. gloss. 3. part. 13. in fin.

46 Dubium est, an hoc jus vindicationis transfaret ad hæredes mulieris, vel alios quibus ex stipulatione dos debeat restitui? de quo Merlin. ex num. 99. qui tenet, ad liberos, non ad extraneos succelfores id privilegium transferri, cum Petro Barbosa ubi proximè, num. 80. Quoad stipulatorem pater mulieris eodem jure utetur ac ipsa; non alii, etiam conjuncti: quod verum erit si matrimonium dissolvatur, filia superstite, ex ratione quam refert Merlin. num. 100. vers. Si vero sumus. Excusio desideratur in bonis viri, ut tertius possessor possit conveniri.

Ibi: Etiam si uxor consenserit.

47 Conclusio præmissa num. 45. procedit licet mulier alienationi rei estimatae, que per virum celebraretur, consensisset. Petr. Barbosa in l. Aestimatis, num. 28. solut. matrim. Aug. Barbosa ubi sup. num. 6. & adnotavi Variar. lib. 1. cap. 7. num. 126. non enim videtur mulier juri suo renunciare facilèque consensum præstare alienationi de facultibus mariti confidens, ut sub tempore restitutionis doris aestimationem dotalium rerum posset percipere.

Ibi: Sed si uxor egerit.

48 Mulier agens adversus tertium possessorem pro re estimata, quam maritus alienavit, pretio oblato, repellitur. Petr. Barbosa, in l. 1. part. 5. num. 79. vers. Unde necessario, & in d. l. Aestimatis, num. 28. Guttier. Practicar. lib. 3. q. 77. num. 13. Morot. de possess. offerent. num. 6. Cevall. sup. num. 36. Aug. Barbosa num. 8. Trentacinq. d. tit. de jur. dot. resol. 1. num. 17. Merlin. sup. num. 101.

49 Aliud juris est, si constante matrimonio, propter mariti inopiam mulier egerit ad dotalium rerum repetitionem contra tertium possessorem, qui pretium exhibens non liberabitur, interest enim mulieris, res potius quam aestimationem consequi, ut ex fructibus matrimonii onera supportentur. Greg. Lop. in l. 34. gloss. 2. tit. 13. part. 5. Guttier. & Aug. Barbosa ubi proximè, Cevall. num. 37.

Ad Num. 9.

50 Emptionem operatur aestimatio, et si laesio in pretio contingit, modò ultra dimidiam non sit. Menoch. lib. 3. pref. 74. num. 27. Manic. de tacit. convient. lib. 12. tit. 28. num. 24. vers. Sed adverendum, Rolland. à Valle lib. 4. cons. 64. num. 13. vers. non obstat & ultimum, Trentacinq. num. 14. Et licet omnes convenient, non præsumi emptionem propter inæqualitatem pretiæ afferentes, tamen controvertitur quanta debeat esse laesio, ne aestimatio suum operetur effectum, de quo Fontanella de pact. nuptial. claus. 5. gloss. 8. part. 13. ex num. 45. Merlin. de pignor. lib. 2. quest. 19. num. 89. cum seqg. Ant. Fab. de error. decad. 8. error. 9. Fachin. controv. lib. 2. cap. 29. vers. Quo vero ad alteram. Afflict. decis. 270. num. 5. Pinell. in l. 2. part. 1. cap. 1.

num. 9. & 18. C. de res. vend. Ant. Gabr. commun. tit. de empt. conclus. 1. num. 33. qui, & alii sentiunt, quod ubi intervenit laesio non modica, etiam intra dimidiam, aestimatio non facit emptionem, in quo judicis arbitrio locus erit, ex traditis per Menoch. de arbitrar. casu 145. ex num. 2.

Ibi: His accedit Regia lex.

Legem 16. tit. 11. part. 4. presumptam esse 51 constat a lege Jurum succursum, §. ult. de jur. dot. & similibus, ut ibi adnotat Greg. Lopez, quæ quidem constitutio supponit emptionem contractam ex voluntate saceri, & generi per fundi aestimationem, quo casu ad supplementum laesionis etiam modicæ devenitur.

Ad Num. 10.

Si mulier minor vigintiquinque annorum nubens immobilia estimata dotis nomine tradiderit, etiam curatore authore, absque judicis decreto, aestimatio non facit emptionem. Menoch. lib. 3. pref. 74. num. 12. Trentacinq. variar. lib. 3. tit. de jur. dot. resol. 1. num. 23. Hermos. in l. 22. gloss. 5. num. 23. tit. 5. p. 5. Vide mox adnotanda num. 55. & 59.

Ibi: Tametsi quibusdam.

Est apud nos lex 14. tit. 11. p. 4. qua cavitur ne mulier minor immobilia marito in dotem dedat, nisi judicialis intercedat authoritas: & ita tenent Gregor. Lop. ibi, Petr. Barbosa in l. Si constante, in princ. num. 128. solut. matrim. Menoch. de arbitrar. casu 171. num. 48. Simoncel. tract. de decret. judic. lib. 3. tit. 8. inspect. 3. num. 87. Surd. cum pluribus decis. 278. num. 17. August. Barbosa collect. 1. Mulier. num. 2. C. de jur. dot. Verum alii placet licere mulieri minori absque judicis decreto immobilia, præsertim inestimata, dotis sue nomine præstare. Surd. num. 21. Gait. de credit. cap. 4. quest. 7. num. 535. Merlin. de pignor. lib. 3. quest. 83. num. 18. Cyriac. tom. 1. controv. 29. ex num. 47. Pacific. de Salvian. interd. inspect. 3. cap. 4. num. 159. Etenim per constitutionem dotis inestimatae propria alienatio non fit, cum dominium penes uxorem perseveret. Fontanell. sup. claus. 5. gloss. 8. part. 13. num. 20. Molin. de iust. & iur. tract. 2. disp. 426. num. 2. Castill. de usufruct. cap. 4. num. 30. Merlin. sup. lib. 2. quest. 19. num. 10. Leotard. de usur. quest. 51. num. 43. Donell. lib. 14. cap. 4.

De immobilibus præmissa, pariter in mobilibus 54 pretiosis, quæ servando servari possunt, locum obtinent, tametsi lex regia absolute res mobiles per minorem feminam in dotem sine decreto tradi viro permittat. Gregor. Lop. ibi, gloss. 2. haec namque à pari procedunt cum immobilibus, ne per tutores absque decreto possint alienari, l. Lex qua tutores 22. C. de admin. tutor. Molin. sup. disp. 224. num. 20. Donell. lib. 3. cap. 12. Trentacinq. sup. lib. 2. tit. de minor. resol. 9. num. 12. & alii apud Aug. Barb. collect. d. l. Lex qua, num. 3.

Vers. Quod si rerum immobilium.

Mulier minor si immobilia estimata viro absque 55 decreto dotis gratiâ tradiderit, poterit soluto matrimonio nullitati suo favore inducere renuncians aestimationem extorquere. Menoch. ubi proximè,

Enucleatus, & auctus. Cap. XXVIII.

177

proximè, num. 3. Adverte ad resolutionem infra, num. 59.

Vers. Hanc sententiam ex eo probamus.

56 Contractum nullum de rebus Ecclesiæ ob solemnitas defectum poterit Praelatus ad effectum perducere, licet contrahens repugnet. Fontanell. claus. 4. gloss. 13. p. 1. num. 11. Guttier. Practic. lib. 2. cap. 22. num. 9. Surd. de aliment. tit. 8. privil. 56. num. 63. & alii apud Barbos. collect. cap. Ut super, num. 7. de reb. Eccles. Idem de minore docent prælaudati, pro quibus extat lex Non eo minus 14. C. de procur. ubi August. Barbosa collect. num. 2. plures refert: & num. 3. ampliat ad Fiscum.

57 Sed nullum in his privilegii versatur, cùm regulariter quoties nullitas actus, alicuius favore introducta reperitur, ei liceat vitii renunciatione compellere ad contraetus, vel actus implementum, nec aliis permititur in ipsum nullitate obsecire. Textus egregius in l. Si duobus 12. §. 1. de bon. possess. cont. tab. Ant. Gom. variar. lib. 2. cap. 2. num. 21. in fin. Surd. decis. 108. num. 4. Cancer. variar. part. 1. cap. 9. num. 86. Menoch. cons. 20. num. 54. Vela differt. 34. num. 34. & 37. Jason. in l. Transactione finita. C. de transact. quod fallit cùm lex actui reficit, quia nullatenus vires obtinebit. Surd. ubi proximè, num. 11. Tiraquel. de legib. cannibalib. gloss. 8. num. 98. & alii, quis congerit Hermos. in l. 57. gloss. 1. num. 17. tit. 5. p. 5.

Ibi: Sicut contractus dolo.

58 Contractus nullus ex dolo illi causam dante adimpleri debet, urgente dolum pasto, eti prædolosus differit. Scaccia de commerc. §. 1. q. 7. part. 2. ampliat. 10. num. 10. Sanch. de matrim. lib. 1. disp. 64. num. 3. Carroc. de deposit. tit. advers. quos act. depos. num. 12. Guttier. de gabell. 9. num. 7. Tiraq. tract. mors omn. solv. part. 7. declar. 1. num. 8. Matienz. in l. 1. gloss. 1. num. 11. tit. 11. lib. 5. Recop. Farinac. fragment. verb. Deception. num. 34. vers. Et deinde, Surd. d. decis. 108. num. 11. Cancer. sup. num. 87. præter alios quos laudavi variar. lib. 2. cap. 4. num. 66.

Ibi: Nisi quis dixerit.

59 Sentit D. Covar. hucusque præmissa non procedere, cùm non appareat aestimatio rerum dotalium feminæ minoris facta, ut alienatio fieret in matrimonio: & cùm in dubio versemur, aestimatioque ad alium finem possit deseruire, sicut prænotatur num. 1. ex eo quod non fuit adhibita solemnitas, quæ jure desideratur ad emptionem bonorum immobilium minoris, præsumitur mens contrahentium non fuisse dotem aestimatam constituere, quanquam pretium rerum dotalium designaretur: quæ conjectura sufficit, ut venditio excludatur. Ita assertur suprà, num. 8. Nec lex præsumit actum vetitum, ubi alias legitime geri potest. l. Meritò 51. Pro socio, l. Quories 6. de reb. dub. observat cum aliis in specie Mascard. de probat. concl. 663. num. 10. Unde aestimatio creditur interveniente, non ut faciat emptionem prohibitam, sed ad dignoscendum rerum valorem (quod sine solemnitate licet) juxta legem Si inter virum 22. C. de jur. dot. Cùm ergo deficeret consensus ad D. de Faria Covar. Enuci.

emptionem præsumatur, hic suppleri nequit per uxorem cupientem, ut sibi pretium dissoluto confortio persolvatur.

Quoties autem constaret, aestimationem fuisse 60 peractam ut emptio contrahetur, tunc quidem observabatur resolutio tradita num. 55. quod uxori probare incumbet, cùm sit pro viro perpensa præsumptio. At si rebus in dotem datis uteretur ut aestimatis, eas sine assensu conjugis alienans, ex modo utendi colligeretur emptionem celebrari contrahentibus placuisse; usus enim, & confusione ambiguo contractus interpretatur. August. Barbosa cum aliis in cap. Cùm dilectus, num. 8. de consuetud.

Vers. Undecimo illud hoc.

Ut aestimatio producat emptionem dotalium 61 rerum, fieri debet simul in ipsa constitutione dotis, seu traditione, aut paulo post; alioquin si ex intervallo fiat, matrimonio constante, non censetur dros aestimata, nec contracta venditio, quod obiter animadvertis supra, num. 15. & ibi laudatis jungas Tusch. lit. E. concil. 672. num. 43. Greg. Lop. in l. 18. gloss. 2. tit. 11. p. 4. Trentac. variar. lib. 3. tit. de jur. dot. resol. 1. num. 19. Gratian. disceptat. cap. 38. num. 31. August. Barbosa in collect. l. Quoties, num. 3. C. de jur. dot. Idque ampliat ex mente D. Covar. hic, quanquam expresse convenire, ut res ad emptionem aestimarentur. Azeved. in l. 35. num. 12. tit. 18. lib. 9. Recop. Quando fiat ex intervallo, in judicis est arbitrio. Fontanell. claus. 5. gloss. 8. part. 13. num. 37.

Vers. Duodecimo, ne quem.

Licet res estimatae præsentes non existant, facit 62 tamen emptionem estimatio. Menoch. lib. 3. pref. 74. num. 9. Trentacinq. num. 14. venditio enim vera contrahi potest, eti res quæ venditur, absit, l. 8. tit. 5. p. 5. ubi Greg. Lop. gloss. 2. & Hermos. in addit. num. 1. l. 1. C. de contr. empt. & ibi August. Barbosa collect. num. 1. Ant. Gom. variar. lib. 2. cap. 2. num. 8.

Ibi: Siquidem & in vera venditione.

Dominum non queritur empori rei emptæ, 63 perfecto contractu, nisi traditio subsequatur, l. Clavibus 74. de contr. empt. l. Si pater 8. C. de action. empt. l. Qui tibi 6. C. de hered. vel act. vend. l. Servum emptor. 27. C. de rei vendicat. l. 46. tit. 28. p. 3. ex qua constat ad dominii translationem etiam pretium persolvendum, nisi alias sit venditori satisfactum per fidejussiones, vel pignora, aut habita fides de pretio, l. Quod vendidi 19. l. Ut res 53. de contrahend. empt. l. Vendite. Inst. de emption. nec sat est venditori pretium tradi, nisi pecunia fiat accipientis, l. Ex empto 11. in fin. princip. de act. empt. Greg. Lop. in d. l. 46. gloss. 2. Mozz. de contract. tit. de emption. cap. de substant. empt. num. 8. Ant. Fab. in ration. ad d. l. Exempto, ubi rationem reddit, cur vendor similiter non teneatur rem emptoris facere.

Ibi: Imo ipse censco.

Res estimatae in dotem concessæ non transfruntur in viri dominium, nisi traditione interveniente, d. l. 46. Partit. Ant. Gom. in l. 50. Tauri, num. 42.